

triste pectus adurit, interiora depascitur, latius serpit, sævit acrius, vix cubiculi limen salutatur, hæret in amplexu, colloque pependit amanti, gratissimum quærit sponsum, dulcia satagit animi pignora, fœderaq̄ coniugij. O ferale theatrum Regū! Alternis utrinque lachrymis uterque gemit abscessum, ille lachrymatur, ista lachrymatur, ille oculos dirigit in Cœlos, ista ludibus eliquescit, & ululatus æthera complet. Heu fors nefaria, quæ tantum potuit patrare divorcium, tantum dissipare connubiū. Cū PHILIPPUS tandem vitæ analecta, mortis iam confinio dirutura conijceret, iterum ad lautissimam Eucharistiæ mensam conviva incedit avidior, iam ter mysta solemnior verba concipiens. *IN MANUS TVAS DOMINE COMMENDO SPIRITVM MEVM.* Quibus relictis lacris epulis vltimum vale dedit Magnatibus, Familiaribus, tum Equestri, & cubiculario ordini, tū alijs Contubernaliibus, suo quemque nomine, &

vlnis

vlnis grate consalutans, placidè illiciens, suavi delicio acuens ad memoriam. Quibus eloquijs ad cœlestia tantum reversus, præferens manibus Imaginem Crucifixi, & eam Clausula conditi Testamenti pro Imperij Chirographo Filio relinquens, ^m non qualiter Antonius Pius auream fortunæ statuam pro maiestatis Thesera Marco Aurelio, ⁿ & severus Antonino Caracallæ ^o tradiderant; sed PHILIPPUS auream Crucifixi statuam Imperium in ævum profecturam, & Ecclesiæ fidem, & observantiam hoc vltimo vitæ spiritu, ^p & simulachro firmavit; Cuius Catholicū obitum Episcopus ille, & omnibus Catholicis, & Orbi, & Religioni, & Regibus, & Imperatoribus, his verbis graphicè delineavit: *Pareció aquel Monarca el mas humilde de todos los hombres; aqui brotó toda la Fè de la Augustissima casa de Austria. Aqui se vió todo lo Catholico de los Reyes de España. Aqui solamente se pudo aprender a bien morir* Plangent elementa

S

per-

universā gubernationē ab eodē, & providē, & piē, & gloriose relictis, ib.:

^m. Tota huius facti descriptio ad litteram tradita est ab eodem D. Hieronymo à Mascareñas prædic. Epist.

ⁿ. Notat Iulius Capitolinus in vita Antonij Pij in illis verbis: *Tertia die cum se gravari videret, Marco Antonino Rempubl. & filiam presentibus Præfctis commendavit: fortunamque auream, qua in cubiculo Principum poni solebat, transferrere ad eum iussit.* Eiusdemque facti meminit in vita Marci Aurelij, Aurelius Victor, & Paulus Orosius Hist. lib. 7.

^o. Spartianus testatur in vita Severi, *Id ipsum fort. una aurea simulachrum, quod in cubiculo suo asservari consueverat, apud filios vicissim alternatis diebus esse iussit.* Et huius ritum docet Lanctantius Firmianus de falsa sapientia lib. 3. cap. 28. dum ait: *Nam simulachrum fortuna cum copia, & gubernaculo fingunt; tanquam hæc & opes tribuat, & humanarum rerum regimē obtineat.* Quem ritum acriter (vt pars est) carpit Iacob. Bosius de triumph. Cruc. lib. 5. pag. 502.

^p. Quemadmodū Theod. vltima hora Ecclesiæ fidē posteris commendavit, vt observat Divus Ambros. in orat. de obitu eius inquit: *Dilexi Virum, qui cum iam corpore solveretur magis de statu Ecclesiarum, quam de suis periculis angebatur, nam præcipue commendavit fidem servari Catholicam, Gentilium ritus extirpari.* Nicaphorus lib. 3. Hist. cap. 1. idem ait: *Moriens vero nihil aliud eis mandavit, quam vt veram pietatem, integramque servarent.* Sic PHILIPPUS extremo vitæ spiritu, & fidem, & disciplinam Ecclesiasticam commendavit, vt apparet ex instructionibus ad

9. Regnorum Porró, & Provinci. rú, quorú titulus Rex Catholicus in Diplomatis legitime vsus est, hæc est series.

PHILIPPUS Dei gratia Rex Castellæ, Aragoniæ, Legionis vtriusque Sicilia, Ierusalem, Portugallia, Navarra, Granatæ. Toleti, Valentia, Galiciæ, Maioricarum, Hispalis sardinia, Cordubæ, Corsicæ, Murcia, Giennis, Algarbiorú, Algezira, Gibraltaris, ac Insularum Canariæ, & Indiarum tam Orientalium, quam Occidentalium, ac terræ firmæ maris Oceani.

Archidux Austriæ Dux Burgundiæ, Lotharingiæ, Brabantia, Limburgi, Luxemburgi, Geldriæ, & Mediolani.

Comes Habsburgi, Flandriæ, Arthesiæ, Burgundiæ, Palatinus, Tirolis, Hannoniæ, Hollandiæ, Zelandiæ, Namurci, & Zutphania.

Princeps Sueviæ, Marchio Sacri Romani Imperij, Dominus Frisiæ Salinarú, Mechliniæ, Civitarum, & Groningæ: & Dominator in Asia, & Africa.

Ecce quam modeste Rex Maximus multa amplissimaque novi Orbis regna solo INDIARVM nomine comprehendat, quæ alioquæ volumina integra implere possunt, Iustissimos nihilominus eius titulos VINDEX GALICVS non erubuit ludibrio excerpere, meminisse debuerat ille, suos Reges cum aliquid extra Regnum Franciæ quovis iure possiderent, id non prætermisisse: Ludovicus enim XII. se Inscriptisit REX FRANCIAE, DUX MEDIO- LANI, AC DOMINVS GENVAE; HENRICUS III. REX FRANCIAE, ET POLONIAE:

Qui cū regias tres coronas nummis insculpi fecisset, quia gallicam, & Polonicam duntaxat possidebat, tertiam extra orbem terrarum investigavit, addita nummo epigraphæ MANET VLTIMA CÆLO, hæc & alia lepidissime referens conspiciendus est Iacob Chi letius ad vindic. hisp. c. 14. apag. 130 7. Divus Hieron. de obitu Nepotiani.

pereunte PHILIPPO.) Plangent Imperia Castellæ, Aragoniæ, Legionis, vtriusque Cecilæ, Ierusalem, Plangent Archi-Ducatus Austriæ, Ducatus Burgundiæ, Lotharingiæ, dominatio Frisiæ. Plangent calata Comitata Flandriæ, Olandiæ, & Zelandiæ, Principatus Sueviæ, Marchionatus Sacri Romani Imperij. Plangent Occidentalia America Regna. 9 Plange Aquila Mexicana, dirumpe catarrhas capitis tui, & erumpent fontes aquarum. Plāgite & vos huius Tēpli sacra acroteria, Sigillaria magni PHILIPPI impressa vestigijs, en rerum plangit Hieronymus. Nobis ordo mutatus est, & incalamitatē nostram perdidit sua iura natura. 7

Vbi PHILIPPE Austriaca species, & splendor, qui Imperia Romana, & Germanica decem tribus Imperatoribus decoravit, cum ex familia Iulij Cæsaris fermē sex, vel successio præstiterat, vel adoptio

adro-

adrogaverat. / Ubi contra clavam Herculis intumescens illud PLVS VLTIRA? Ubi gladius potestatis emblema? Vbi rugientes Leones? Vbi est immarcescibile sceptrum? Ubi aureum diadema? Vbi arrogans MAGNI cognomentum? Arma sanè iacent inermia, sceptrū offilegium est, corona effæta libitina, clypeus bustū est, Leones anacinteria feralia, devenustata est tota species, decoloratus splendor, & solum tibi superest sepulchrum, quo appositè exclamabat Bernardus, PHILIPPVS est in causa. 2 Sed quis me percussit stupor? Sceptrum tibi est Augustissimum EVCHARISTIÆ Sacramētum, Resurrectionis semen, Redēptionis fructus, gloriæ Throphœum, quod tota quam, is vixit vita, prosequeretur ardentem, & in suis Regnis, Americisque Colonij regio cultu, & Anniversario precamine provehi, tā operē præcepit. 7 Ubi est THEODOSIJ DEUS? percontabatur Ambrosius. Ubi percontor ego: PHILIPPI DEUS est?

S 3

Hic

f. Refert F. Hortensius Fœlix in orat. funeb. & paneg. habita pro exequijs Potentissimi Regis nostri PHILIPPI TERTII.

7. Verba sunt S. Bernardi Epist. 151. ad PHILIPPVM Turonensis Ecclesiæ electum, ibi: PHILIPPVS est in causa. Cum hoc dico, gravem Ecclesiæ pronuncio luctum, quæ te aliquando suo gremio confovebat, germinantem sicut lilium, florentem donis innumeris. Quis tunc temporis non clamabat, bona spei Iuvenem, bona indolis Adoleſcentem? Sed heu mutatus est color optimus.

7 O sanè felicem urbem, quæ inconcusso Numinis Eucharistici firmamento strictiori vinculo alligatur? Felicem Hispano, Austriacum Principem nostrum, qui tot inter procellas, Urbem suam, orbemque virumque suum firmissima isti anchora alligat: Spes est non vana fore vi Imperij. & gloria aternitatem inde capiat. Verba sunt eiusdem D. Didaci Benauidij pag. 361. Et hic ardentissimus amor erga Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum patet ex Regia Scheda expedita anno. 1627.

u Verba quibus hoc festum (præhabito diplomate Apostolico indulto á Beatissimo Parente, & Domino Alexandro VII. die 28. Iulij, anni 1656.) Catholicissimus PHILIPPUS IU. instituit, summã pietatem, cultum, & primævam sui, & suorum Prædecessorum præcordialem amorem spirant, vt defacili palam est in illis verbis: *Bien entendidas teneis las grandes, y singulares obligaciones de reconocimiento, y cordial devocion, que tienen estos mis Reynos, y las Reales personas de mis predecesores han tenido siempre à la Sacratissima Virgen MARIA Madre de Dios, y Señora nuestra y en particular las que yo he professado desde mis primeros años, y professare hasta el ultimo instante de mi vida, à esta Soberana Señora, à quien he tenido siempre por Protectora, y Abogada, recurriendo à su piedad en las aflicciones, y trabajos de mi pueblo, y mas para que se digne de anteponer sus poderosos ruegos con su Hijo Sacratissimo, aplacandole en la justa ira, que nuestros pecados le merecen. Aviendo visto efectos tan grandes de su amparo, y con tales calidades, y circunstancias, &c. Et in alijs verbis: Y con averse vnido la sangre Catholica de España con la Augustissima de Austria, igualmente zelosa, y reverente de la Religion, me ha constituido Dios con la juccession à mis passados, por el verdadero, y mas legitimo defensor de su Iglesia, y de su Ea. Et in fine ibi: Y para esto despues de procurar la enmienda de la vida, y evitar pecados, que es el mayor servicio, que se puede hazer à Dios, y à su Madre, como particularmente os encargo lo encaminéis de vuestra parte, me ha parecido, que se haga à esta Soberana Señora vna fiesta particular, que se llame el Patrocinio de la Virgē, a sent adol: con auctoridad Apostolica, y cō sus favores, é indulgēcias para siepre.*

x. Verba Beati Gregorij XU. excerptim referenda, & ad literam inveniendã sunt in regeft. authent. Seraph. protuendo titulo Immaculatæ Conceptionis Intemeratæ Virginis MARIE pag. 187. *Charissime in Christo Fili noster salutem, & Apostolicam benedictionem. Catholica Religionis decus, & Austriaca pietatis argumentum est; Regem Potentissimum, cui vtriusque orbis Provincia amplissima famulantur, tanto studio Sanctorum laudibus, & B. Virginis dignitati inservire. Benedicimus Maiestatì tuæ, Charissime Fili. dignam que tibi à Dominantium Domino Regia pietate felicitatem precamur. Sane tibi, & popularum fidem, & Hostium oppressionem polliceri haud temere possumus, cum eius tibi Virginis Patrocinium conciliare studeas, quam mirabilem esse, vt castrorum aciem ordinatam, divina oracula testantur. Vix dici potest quanto nos gaudio cumularint nuper a tuæ Maiestatì tuæ de Immaculata Deipara Conceptione differentes. O Curam Catholica Rege dignam, & Christi Vicario, gratissimam! Et alibi: MAGNI tamen apud nos ponderis fuerunt prece:*

Maiesta-

eucharistię Sacramētū est. PHILIPPICLYPEUS est, IMMĒSSIMŪ B. MARIE COCEPTIONIS MYSTERIŪ, quã sub vniuersa ditione PATROCINII nomine excolendã iussit, & adorandã. Quis PHILIPPI DVX EST? SACROSANCTŪ CONCEPTIONIS prodigium, quod crebris prolegationibus, & precibus expetivit, & à limine sui Imperij lenissimam Beati Gregorij congratulationem obtinere promeritus fuit, & serenissimus Hierarcha Alexander VII. ad instantiam eiusdem con-

tra-

rariam opinionem proscriptit; & immaculatam immaculatæ Deiparæ Conceptionem, & aureo, diplomate, & innata pietate firmavit. Obijt PHILIPPUS die decima septima Septembris, quã ab enixis eius deprecationibus idem Dominus colendissimus GREGORIUS IIII. Archi-Episcopatu Toletano officium dulcissimi Nominis MARIE, ab omni excoli decreverat, & mortuus est die Iovis, quo præcellens Eucharistiæ monimētum vniuersa Ecclesia Apostolico reverentur indulto, & reverentius PHILIPPUS ipse, quandiu vixit, maxime operè coluit, ac veneratus est.

Emigrasti, O pia, & generosa anima ex tuo corporis ergasterio; sed vivis, ò fœlix, & fœcunda anima inter Cœlicolas, hostia pacifica immolanda Christo; vivis, ò PHILIPPE inter octodecim MAGNOS, quos vsque fama prouehit collaudandos, MAGNVS IN MEDIO, an-

dicam

onym. à Mascareñas dict. Epist. circa finem. MAGNI meruerunt, à quinque millesimo, septuagesimo, & quinquagesimo secundo anno & hi sunt TRES SUMMI PONTIFICES. VNUS DOCTOR ECCLESIE. VNUS PHILOSO-

PHUS
Maiestatì tuæ, tantumque negotium iterum, accuratiusque persavimus, aliquot tibi, Regnisque tuis solatium asferre cupientes. Et in fine: Et quam alacriter semper gratificatus sumus tantò Regi, quem Europa ornamentum, & Catholica Ecclesia gaudiū esse arbitramur. Immo, & Charissimæ Isabellæ Hispaniarum Regina Catholicæ conspicuo testimonio, & Epistola blãditur eidem, Gregorius XV. recolendæ memoriæ Summus Pontifex, vt quæ PHILIPPI matrimonio coniuncta, pietate, Religione, & mysterio CONCEPTIONIS prædita verè confors erat, ibi: Charissima in Christo Filia nostra salutem, & Apostolicam benedictionem. Angelorum Imperatrici studiosissime famulantem, Hispaniarum Regiam non sine magna lætitia contemplamur. Egregium profecto in terris decus est hominibus præesse, sed subijcit eò, ac Deiparæ laudibus inservire, Cœli gaudium, ac Sanctorum triumphus habetur. Quare nõ exiguum paterna charitati nostra solatium peperunt litera Maiestatì tuæ, quibus te de Beatissima Virgine gloria, non secus, ac de Regnorum tuorum felicitate sollicitam esse testaris. &c. Quæ cõspicienda sunt apud D. Ioann. Anton. de Tapia prædict. libell. de la Illustracion del Renombre de Grande, fol. 69.

7. Bulla ad hoc expedita die 8. Decembris, Anni 1661. ibi: ACCEDENTE ETIAM INSINUATIONE CHARISSIMI IN CHRISTO FILII NOSTRI EARUMDEM HISPANIARVM REGIS Catholici, qui specialem super hoc misit ad nos Oratorem.

2. Constat ex diplomate Pontificio eiusdem Gregorij XV. vt adducit D Hieronym. à Mascareñas dict. Epist. circa finem. MAGNI meruerunt, à quinque millesimo, septuagesimo, & quinquagesimo secundo anno & hi sunt TRES SUMMI PONTIFICES. VNUS DOCTOR ECCLESIE. VNUS PHILOSO-

PHUS

PHVS SANCTVS. QVINQUE IMPERATO-
RES. SEX REGES, ET DVO FAMIGERA-
TI DUCES. Quos expressis nominibus
referemus videlicet SANCTUS LEO hoc
nomine Primus. SANCTUS GREGORIUS
cognomento MAGNUS. DIVUS NICO-
LAUS cognomento MAGNUS DIIVS
BASILIUS Archi-Episcopus Catæreæ in
Cappadocia. B. ALBERTUS cognomen-
to MAGNUS Archiepiscopus Ratis bonæ
Imperator CONSTANTINUS Primus. Im-
perator THEODOSIUS Primus. Impera-
tor LEOPRINIUS, qui a Cælo cognomento
MAGNI dictus CAROLUS primus Rex
Galliarum. OTTON Primus, & non Secū-
dus. ALEXANDER Primus Rex Macedo-
niæ. CLODOVEVS Primus Rex Franciæ.
ALPHONSUS Tertius Rex Ouetensis.
SANCIVS Quartus Rex Navarra. FER-
DINANDUS Primus Rex Gastellæ, & le-
gionis. PETRVS Tertius Aragonum Rex.
ENEVS POMPEYUS Dux Senatus Roma-
ni. CONSALVVS FERDINANDUS de Cor-
duya. Et omnium hucvque Virorum
magnitudinem confertissimis historijs,
auctoritatibus. & Chronicis confirmat
idem D. Ioann. Anton. de Tapia in dict.
libell. de la Ilustracion del renombre de
Grande. Et cum effigiem horum Smm-
matum adducat tam in frontispicio, quã
in fine, in medio constituit PHILIPPUM
IV. cognomento MAGNUM hoc lemma-
te super corona à RELIGIONE-MAGNVS
& subius extremum MAGNVS IN ME-
DIO. Et verè MAGNVS à RELIGIONE,
MAIOR à FIDE, MAXIMUS à CULTU
IN ECCLESIAM, & PIETATE IN SUB-
DITOS. Cui argumento vberimam, &
Religionis, & pietatis nostri PHILIPPI
segete subministrant verba Iacobi Chi-

fletij

dicam, MAYOR? an dicam, MAXI-
MVS? An dicam, vtrumque? An
melius dicã, viuis MELIOR. Viuis
LEONE PRIMO temperantior. Vi-
vis CONSTANTINO clemētior. Vi-
vis CAROLO PRIMO mitior. Viuis
ALEXANDRO liberalior. Viuis quin-
q̄ FERDINANDIS moderantior.
Viuis duodecim ALPHONSIS hu-
manior. viuis tribus PHILIPPI S
pior. Viuis, & adhuc melius viuis,
qui intuorum corde, quod est vitæ
origo, vitam agis, animam nutris.
Viuis in trophœis pietatis tuæ. Vi-
vis in Monumentis Religionis tuæ.
Viuis posteritati superstes, in ani-
mis hominum, in fama rerum, in
æternitate temporum.

Ergo tātus Imperator recessit à nobis,
(vt cū Ambrosio orationis lachry-
mas, & egrimonix mærorem parē-
temus, solatijque feracitatem ex-
pleamus) sed non totus recessit; reli-
quit enim nobis liberos suos, in quibus eū
debemus agnoscere, & in quibus eum, &
cernimus, & tenemus. Nec moveat ætas
fides militum, Imperatoris perfecta est
ætas; est enim perfecta ætas, vbi perfe-

cta

cta est virtus, reciproca hæc, quia & fi-
des Imperatoris, militū virtus est. b Do-
minatur CAROLUS II. & dominetur
in ævū CAROLVS II. consilijs, dex-
teritate, & fortitudine prudētissi-
mę Dñę N. Regine, ò foelicissimū
CAROLVM, quē hostes timeāt; quē
cives diligant, quē Deus suis bene-
ficijs largiter incrementet. O foeli-
cissime CAROLE, quo terrore hosti-
les impetus cū ætas adoleuerit, eli-
des? Quos tui intuorū civiū intimis
přecordijs amores excitabis? Quæ
à Summo Principe Deo beneficia
tota quã viues vita, & viues sēpiter-
nã, promere beris? Te hostes formi-
dabunt, vt proavū: Te ciues prose-
quētur, vt Avū: Te Deus beneficijs
amplectetur, vt parentē. Nã à Proa-
vis virtutē in hostes, ab Avō iustitiã
in cives, à Parēte pietatē in Deum,
mihi visus es hereditasse foelicus.
O foeliciter auguralia CAROLI im-
perandi incunabula, & dominatio-
nis initia! Quæ vnquã in his Regnis
augustior dies vissa est vniversis,
quã ea, quã te cordibus colligavi-
mus, iureiurãdo pro votis adoravi-
mus,

fletij ad Vindic. hisp lumin. 15. pap-
413. Itaque non immerito PHILIPPVM
IV. Regem non modo verã Religionē,
quã cæteris præluceat, sed etiam magni-
tudine dominationis CATHOLICVM seu
vniversalem ostendit Mathematicã de-
monstracione Atanasius Kircherus, Ger-
manus Fuldenfis, qui Horoscopium ma-
gneticum per totum Orbem construxit:
Ex quo colliges, inquit, quota hora sit
vbivis terrarum, & Catholicæ Religio-
nis functiones Ecclesiasticas ita sibi mu-
tuo succedere, vt nullo plane tempore,
siue noctu, siue interdiu interrumpatur.
Iterum; Regi Catholico Solem nunquã
occidere. Id ipsum iam ante Claudius
Richardus Burgundus, Mathematicarū
in Collegio Imperiali Madritano regius
Professior, Sole ipso clariùs demonstraue-
rat; vt non immerito Grayaci, apud Se-
quanos meos, in vna Urbis porta emi-
neat eleganti opere pertectum Regis
Catholici insigne seutarium cū hac de-
super epigraphe: CVI SOLI SOL SEM-
PER hoc est. Tam Longè latèque dif-
fussum esse sui Principis Imperium, vt
(quod nulli Principium cum illo com-
mune est) semper Sol luceat in aliqua
parte Orbis, vbi ipse imperet. Vnde fit,
vt in aliqua anni tempestate illi perpe-
tuò alicubi seratur, metatur; illi sit con-
tinua vindemia, continua olivitas: &
quod mirabilius est qualibet diei hora
iuge sit in eius ditione Missæ Sacrificiū.

b. Concione de obitu Theodosij Se-
nioris.

c. Tradit Illustrissimus D. Gaspar de
Uillaro in lib. cui titulus est Gobierno
Ecclesiastico Pacifico l. p. q. 3. art. 8. n.
67. fol. 402. in illis verbis: Y el Señor Vi-

rrey

rey Marques de Mancera, vno de los mayores
Gobernadores, que han visto las Indias, Varon
de rara virtud, y de grande capacid. &c.

d. Olympias est spatium quinque an-
norum ad quod illud protraxerat Au-
gustus cum ante ex triennio, & quadri-
nio constaret, vt cum multis refert Ery-
cius Puteanus in tract. Olympiades sola
manu, vt verè annis mundi respondent,
& Divus Isidorus lib. 5. Origin. cap. 37.
& Ovid. lib. 4. de Ponto Eleg. 6.

In Scythia nobis quinquennius Olym-
pias acta est:

Iam tempus lustris transit in alterius.
Numera Agonis annum, & ad Agonem
redi quinquennale spatium, & quintam
æstatem captam, non finitam habebis,
& fermè viurpatur pro lustro, lustrum
Agonale tanquam Iulianum, & Bifex-
tile, quod & Capitolinum Stadius appel-
lat. in Silvis suis ad Claudiam vxorem.
Et Capitolinis quinquennia proxima lustris.
Observat Scaliger, & Onufrius Panvi-
nus relati ab eodem Puteano cap. 7.

6. Ut orationi corona imponatur pul-
cherimum præstabit colophonem
commendanda verba D. Hieronymi à
Malcareñas dict. Epist. ad Ducem Au-
strogovi: Tenemos por Rey à vn CAR-
LOS cuyo nombre nos confirman las es-
peranças, que relucitará el valor y la di-
cha de su Padre. Si la heregia quisiere al-
çar la cabeça, CARLOS tenemos, que põ-
ga el pie à los Potentados de Alemania.
Si los rebeldes perseverarè en la revel-
dia, CARLOS tenemos, que con su solo nombre los reduzga. Si el Turco se atreviere à la
Cnristiandad, CARLOS tenemos, que le ponga en fuga.

mus, acclamationibus affecimus?
Nulla vnquã dies Indijs hilarior il-
luxit. Qui Togatorum conitatus?
Quæ in plebicolis fuit hilaritas?
Quãtus N. Ex^{mi} Principis MAR-
CHIONIS de MANCERA totius pru-
dentia, æquitatis Arbitri, & pater-
næ integritatis gloriosi Aseclæ, cū
civibus cultus, & quantus omniū
civiū cū nostro Amantissimo Pro-
rege cōcentus, & reverentia? Siste
secūde dies, Durà, Perēna, ne fluas,
ne transeas, fugà dies Augusti, tere
lustra Capitolina, age CAROLI
secūdas, immò faustissimas, & Cæ-
sareas Olympiades. Pugnant
gaudia lætitia, certabat lætitiagau-
dijs, inmēsis clamoribus insultates.
NVEVA ESPAÑA POR CAR-
LOS II. MEXICO POR CAR-
LOS II. LOS CORAZONES DE
TODOS POR CARLOS II. Et
omnes declamemus, vt fas est.

VIVAT. DOMINETVR UINCAT.
TRIUMPHET.

ACABADA, à las diez y media de la
noche, la Oracion funebre, con el aplau-
so vniversal, que debió à la eloquencia
de tan grande Orador el conocimiento
de tanto, y tan docto Theatro; salió el Excellen-
tissimo señor Virrey, acompañandole el Cabildo
Eclesiastico hasta la puerta de la Yglesia. No pu-
do su Excellencia bolver à pie, por que apenas
acabò de entrar el acompañamiento, quando ce-
rrò obscura, y tempestuosa la noche, y se defata-
ron en tanta, y tan continuada agua las nubes, que
durando hasta las onze, dexò la placa, y calles
inundadas. Passò con la Real Audiencia, y Tribu-
nales en sus coches à Palacio, donde se apearon, y
subieron acompañando à su Ex. hasta dexarle en
su quarto. A las Comunidades se dieron Achas,
para que se bolviesen. Pudo perdonarse la inco-
modidad, por lo mucho que la tenebrosidad aña-
diò de lucimiento à la Iglesia, pues la mesma enc-
mistad de las tinieblas, hazia sobresalir mas viva-
mente sus luces.

El dia siguiente veinte y quatro de Julio, à la
Alborada empezaron los dobles de la S. Yglesia,
siguiendola las demas. A las cinco de la mañana
fueron saliendo de sus Conventos Principales las
Comunidades de las Sagradas Religiones para la
Cathedral, y en las Capillas, que les est. ban seña-
ladas, y teniã adornadas, offició cada vno su Missa

Buelve el señor Vi-
rrey à Palacio.

Sabado 24. de Ju-
lio, Canta cada Re-
ligion Vigilia, y Mis-
sa en la Cathedral.